



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 122. Oxoniensis disputatio prævalente Petri martyris opinione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

admittatur, unde quamvis ex cunctis Protestantibus unicum veneraretur Bucerum, nihilominus haud adeo complacendi studio sese abripi patiebatur, ut ejusdem sententiæ adhæreret.

Sæc. XVI.

A.C. 1549.

§. CXXII.

Oxonienſis diſputatio prævalente Petri Martyris opinione.

Hac ſuper re Oxonii, ac Cantabrigiæ publicæ habebantur diſputationes, quodam Doctore nomine Smithæo Petrum Martyrem provocante, ut legitimo intereſſet colloquio, ubi hæc quaſtio diſcuteretur. Equidem Petrus hanc in ſe provinciam necdum conſulto Rege, ejuſque Senatu ſuſcipere renuebat; obtenta autem utriuſque licentia a Senatu Deputati nominantur, qui diſputationi præeſſent. Verum Smithæus quodam negotio a deſſe præpeditus in Scotiam, ac inde in Flandriam auffugere cogebatur. Nihilominus Petrus Martyr ſuam opinionem pertinaciter tuebatur præſentibus Deputatis, qui erant præter alios quosdam Lincolnienſis Epiſcopus, Coxus Doctör, atque Univerſitatis Cancellarius. Cum ergo propoſitiones a pluribus impugnarentur, Petrus Martyr eas propugnabat, moxque juxta ejus ſententiam fidei forma
fuit

Boſſuet hiſt.

variat. to. I. l.

7. n. 82. p. 425

Sanderus de

ſchiſm. Angl.

l. 2. p. 279.

Sæcul. XVI. fuit edita, in qua dicebatur: *Corpus Christi*, cum nullibi sit nisi in cælo, non potest simul realiter esse præsens in diversis locis, proin nulla statui debet Corporis, & Sanguinis Christi præsentia realis, vel corporalis in Eucharistia. Porro eadem hæc fidei professio postmodum rursus mutata fuit per alios Deputatos, qui unacum Ridleyo eorum principe Cantabrigiam fuerunt ablegati. Hi publicis disputationibus die vigesima, vigesima quarta, & septima Junii habitis intererant, in quibus hæc duæ propositiones agitabantur „ I. Ex claris, certisque Sacræ Scripturæ textibus transsubstantiatio comprobari nequit, imo eadem nec ex illis per necessarias conclusiones deduci valet, nec etiam Patrum auctoritati innititur. II. Eucharistia non aliud continet Sacrificium, & oblationem, quam Sacrificium gratiarum actionis, & commemorationis passionum Christi Domini. „ Habitis denique tribus sessionibus, hocque argumento ultro, citroque agitato tandem Ridleyus non dari præsentiam realem pronuntiabat.

§. CXXIII.

Catholici in Anglia dire vexati.

Sanderus l.
2. p. 282.

Cum Angli immoto studio Orthodoxam fidem semper ab eo tempore servaf-